Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



205.

In illa enim finis cunctorum admonetur
homo, et vivens cogitat quid futurum
sit. ℟. Qui lazarum resuscitasti de mo-
numento fetido. Tu eis domine dona req-
em et locum indulgencie. ℣. Regem etnam
dona eis domine et lux perpetua luceat eis. T.

Memento creatoris tui in lectio. iij.
diebus iuuentutis tue, antequam
veniat tempus afflictionis tue et reuertat
puluis in terram suam unde erat, et spiritus
redeat ad dominum qui dedit illum. ℟. Do-
mine cum veneris iudicare terram ubi me
abscondam a vultu ire tue; Multa peccaui
nimis in vita mea. ℣. Commissa mea
domine pauesco et ante te erubesco dum vene-
ris iudicare noli me condempnare. Ma. l. iiij.

Viuent mortui tui domine: interfecti
mei resurgent. Expergiscimini
et laudate qui habitatis in puluere:
quia ros lucis ros tuus et terram gigan-
tum detrahes in ruinam. ℟. Heu
mihi domine quia peccaui nimis in vita mea
quid faciam miser ubi fugiam nisi ad te deus
meus miserere mei Dum veneris in nouissio